



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 106. Quid notandum sit circa stipulationes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

ad significandum animum se nunc obligandi vel propositum postea prius se obligandi, non teneberis per illate obligare, sed standum erit pro libertate, quæ est in possessione contra obligationem, Lugo n. 63. *Dicast. L. 2. t. 3. n. 51.* Denique si verba sint ambigua, & tenebaris hic & nunc habere animum te obligandi per illa, presumendum est, quod volueris te obligare, alioquin peccasses, delicta autem non presumuntur, Lugo n. 65. Quid dicendum sit in variis dubiis circa iuramenta, quibus firmantur contractus, colligi potest ex dictis hic p. 1. à. n. 307.

664

*Q. 106. Quid notandum circa stipulationes.* R.  
seqq. §. 1. Stipulatio est contractus, qui perficitur certâ Interrogatione & Responfione, cùm enim omnis contractus debeat parere obligationem Justitiæ, verba autem, quibus significatur consensus, de se sint indifferentia ad talem obligationem significandam, jus statuit, ut censerentur prolata ex intentione se obligandi ex justitia, etiam civiliter, si consensus significaretur conceptis & à lege præscriptis verbis per certam interrogationem & responfionem, nempe spondes? spondeo: promittis? promitto: fide promittis? fide promitto: fidejubes? fidejubeo: dabis? dabo: facies? faciam &c. è contrâ quando ita non fiebat, jus non præsumebat, saltem in contractibus innominatis & pactis nudis fuisse intentionem se ex justitia civiliter obligandi, uti habetur Institut. & ff. *De verb. oblig.*

§. 2. Quamvis stipulatio certis verbis concepta in contractibus adhiberi possit, nunc tamen necessaria non est, sed usu & jure novo est antiquata, ita cum aliis *Onn. d. 2. n. 137.* Ratio est, quia

quia modus ille contrahendi videbatur esse nimis superstiosus, cum per quæcunque verba vel signa sufficienter significari possit animus obligandi ex iustitia.

**666** *Q. 107. Quinam possint contrahere.* *R. Pos-*  
*sunt omnes, qui habent plenum usum rationis,*  
*& materiam, de qua contrahant, neque jure*  
*prohibentur; ita quoad rem omnes, & habentur*  
*L. 5. Cod. De oblig., quæ jam explicabuntur.*

*§. 1. Cùm contractus sit actio humana indu-*  
*cens obligationem in conscientia, ebrii, dor-*  
*mientes, furiosi, fatui, cùm non habeant usum*  
*rationis, non possunt contrahere, nisi tempore*  
*lucidi intervalli, in quo si contractus fiat, prout*  
*debet hominem sanx mentis, admitti debe-*  
*tanquam validus, Onn. d. 4. n. 27. Quamvis*  
*autem hi non possint contrahere sive obligari*  
*& obligari ex contractu, possunt tamen obligari*  
*& obligari, si ad hoc non requiratur ipsorum*  
*consensus, L. Si a furioso, 24. ff. De oblig. docen-*  
*que Glossa, Bartol. & alii cum Onn. n. 34. sic enim*  
*si fatui fiant legatarii, obligant sibi hæredem ad*  
*solvendum legatum; si fiant hæredes, obligan-*  
*tur legata solvere: hæ tamen obligationes sunt*  
*minùs strictæ, cùm non fundentur in potentia*  
*proximè libera, hinc jus providit, ut alii, nempe*  
*tutores, curatores, administratores vel Resp.*  
*ipsa personas eorum repræsentent & suppleant.*

**667** *§. 2. Infantes non possunt facere contractus,*  
*qui inducunt obligationem saltem civilem, quia*  
*non præsumuntur habere plenum usum ratio-*  
*nis, & ita habent leges plurimæ apud Onn. n. 17.*  
*In iure autem tam masculi quam fæmellæ usque*  
*ad annum 7. completum dicuntur infantes;*

ab.